



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XLI. Der Stadtrath zu Frankfurt giebt dem Bürger Lorenz Baier Besitzungen  
in Retz zu Lehn, am 21. Dezember 1336.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

Johannes Hufner, milites, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Berlin, Anno domini Millefimo Trecentesimo Tricesimo Sexto, In die Ascensionis domini.

Nach dem Orig. des Stadtarchives, Reitwein No. 2.

**XL.** Der Landeshauptmann Johann von Buch befundet, den Rath der Stadt Frankfurt in den Besitz des Zolles eingewiesen zu haben, am 19. Juli 1336.

Nouerint vniuersi presenciam visuri, Quod nos iohannes de Buch, miles et capitaneus marchie brandenburgensis generalis, recognoscimus protestando manifeste, quod auctoritate domini nostri marchionis brandenburgensis honestos et prudentes viros, consules ciuitatis frankenuordensis theolonium eiusdem ciuitatis inuestiuimus et presentibus installamus, quod dicitur inuisen, perpetuis temporibus possidendum pro deputatis redditibus et censu speciali, prout inter dominum nostrum existit placitatum. Datum Berlin, Anno domini millesimo tricentesimo tricesimo sexto, proxima feria sexta ante diem sancte marie magdalelene, nostro sub sigillo.

Wohlfürd I, 553.

**XLI.** Der Stadtrath zu Frankfurt giebt dem Bürger Lorenz Baier Besitzungen in Retz zu Lehn, am 21. Dezember 1336.

In nomine domini amen. Ne rerum gestarum memoria processu temporis euanescat vel pereat, discretorum virorum pericia Solet eam per literis aut fidedignorum testimonio firmiter eternare. Nos Igitur consules ciuitatis frankenuord recognoscimus et ad vniuersorum noticiam tenore presencium publice volumus peruenire, Quod cum maturo consilio et consensu omnimodo predecessorum nostrorum et nobis pro tempore consulariter Succedencium prouido viro fideli ac dilecto conciuui nostro Laurencio bauaro Justo pheodi titulo contulimus et per presentes conferimus decem mansos in villa nostra Retz sitos, cum precaria tam pheodali quam hereditaria, cum omni seruicio tam curruum quam equorum, cum actiuis eisdem mansis astrictis et Simpliciter cum omni Juris et libertatis plenitudine Sibi Suisque veris heredibus perpetue libere et pacifice valituros. In cuius rei euidentiam presentes appensione Sigilli roboratas eidem, Suisque posteris heredibus concedentes. Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXVI<sup>o</sup>, in die apostoli Thome gloriosi.

Nach dem Originale des Stadtarchives VIII, 2, 8.

NB. Urkunde mit einem besonders merkwürdigen Siegel, indem darin das den Hahn enthaltende Mittelschild, so wie das darüber stehende Adlerchild in rothem Wachs, das übrige Siegel in gelbem Wachs abgedrückt ist.